



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

cap. 18. De decimo modo per viam amoris suiipsius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

## Pro die Martis.

*Amantissime IESV, accende me amore tui.*

## Pro die Mercurij.

*Dulcissime IESV, da mihi profundissimam humili-  
tatem, per te languentem, & fac, ut sim veluti mortuus  
quando.*

## Pro die Jovis.

*Dulcissime IESV, fac me pro te mori.*

## Pro die Veneris.

*Dulcissime IESV, fac me pro te crucifigi.*

## Pro die Sabbatino.

*Dulcissime JESU, fac me peregrinum per gratiam  
misericordiarum, in te æterno gaudio quiescere.*

## CAP. XVIII.

*De decimo modo per viam amoris sui-  
ipsius.*

**E**Sto non nisi unicum adesse proprii commodi moti-  
vum, bonique proprii amor, hic tamen sufficientissimus  
esset ad persuadendum nobis sanctum amorem Dei.

Quis crederet, quod proprius noster amor, æquã si-  
mentis trutinã ponderaretur, semper conspiceretur uni-  
tus amori Dei, & amando nos ipsos, traheremur simul ad  
amandum Deum? C quot quantisque modis & viis,  
Domine, voluisti obligare nos ad amandũ te? ita voluisti,  
ut amando me, amem te: & non amando me, nec etiam  
amem te: & amando te, amem quoque me; & non aman-  
do te, nec etiam amem me; etenim ita veniti sunt, simulque  
conglutinati hi duo amores, ut unus inferat alium, & ces-  
sante uno cesset quoque alter. Veritas hæc fũdata est in hoc  
principio, quod Deus non sit res quædam extrinseca, &  
extra nos existens; sed res intrinseca & debita nobis;  
D § quia



quia est vita animæ nostræ, veluti anima est vita  
nostri: *Dua sunt vite*, (docet Augustinus  
serm. 2.) *una corporis, altera anima: sicut vita  
est anima, sic vita anima est Deus. Quomodo  
anima deserit, corpus; sic anima moritur, sicut  
Deus.*

Suppositâ hæc veritate nostra probatur conditio  
quia anima amando se, amat propriam vitam: & amando  
propriam vitam, amat Deum, utpotè, vitæ suæ principium  
Aug. lib. de vera Invo- centia cap. 375. *quia non vivit de se, sed de Deo. Ergo amando  
amat Deum, & proprio nostri ipsius amoris est in-  
centia cap. 375. dedit aliud præceptum amoris nostri: siquidem  
S. Tho. ap. de dilectio- tam.* Deum, amamus nos ipsos, ac propriam nostram  
tam.


Unde infert idem S. Augustinus consequentiam  
luti necessariam, quod non secundum se, sed secundum  
se, sed secundum Deum vivere debeat homo: et  
vivere debet dependenter à suo principio vitæ, quod  
est Christus. Et sicut corpus non recipit vitam  
sed ab anima, nec vivit per se aut propter se, sed  
animam & propter animam; ita anima vivere non  
bet secundum proprium spiritum; sed secundum  
ritum Dei dependenter à Deo, veluti principio vitæ  
lib. de verâ innocenti. p. 371. *Qui vivit secundum se, & non secundum Deum (sicut  
idem S. Doctor) similis est diabolo, quia nec Angelus  
secundum Angelum, sed secundum Deum vivere  
fuit, ut staret in veritate, q. d. Qui vivit secundum  
proprium sensum & voluntatem, & non secundum  
luntatem & motum Dei, similis est Dæmoni, qui  
principio renuit subordinari & subitici Deo: unde  
homini duntaxat, sed Angelo quoque necessarium fuit  
vivere vita Dei, non propriâ: ut sese conservaret  
in gratia Dei, qui est veritas; Ut staret in veritate.*

Hanc eandem veritatem longè ante D. Augustinum  
tradidit Apostolus, quando dixit; *Vita vestra abscissa  
dita est cum Christo in Deo. Vita vestra ad similitu-  
dinem Christi est in Deo; Etenim sicut Humanitas  
Christi*



Christi vivebat de Deo, vobis etiam de Deo vivendum  
 est. Ast dicitur *vita abscondita*, quia pro hoc statu  
 non apparet pulchritudo gratiæ, & multo minus gloriæ.  
 Et sicut *in Deo vivimus*, ita *in Deo movemur* & su- *Aktor. 17.*  
 mus. Idem enim, quod est principium vitæ, motus  
 quoque principium est: *Et si vivere mihi Christus est,*  
 sequitur in optima consequentia, *quod mori lucrum.* *Philip. c. 1.*  
 Ratio secundum S. Thomam est, *quia quilibet ad lu-*  
*crum reputat, quando vitam, quam habet imperfectam, S. Thom.*  
*potest perficere: sic infirmus ad lucrum reputat sanam*  
*vitam.* Reputabat Apostolus pro lucro mortem,  
 nam per illam perfectius possidebat Christum, vitam  
 suam; veluti infirmus mul-um judicat lucrari cum sani-  
 tate, quia consequitur vitam perfectiorem.

Ex dictis pro hac praxi quinque eliciuntur: primum,  
 Christum esse vitam nostram. Secundum, Christum  
 esse nostram operationem, quia secundum S. Tho-  
 mam, *idem est spiritus vita & operationis*: ab eodem  
 principio, à quo ortum ducit vita, oritur etiam operari.  
 Tertium, amorem nostrum esse amorem Christi, &  
 amare nos ac propriam vitam, idem esse, ac amare  
 Christum. Quartum, mediante morte perfici vitam  
 nostram, quia perficitur possessio Christi. Quintum,  
 semper nobis aspirandum esse ad vitam perfectiorem,  
 nempe ad beatam perfectamque unionem cum Christo.  
 Vita nostra: nec non dicendum cum S. Augustino:  
*O vita, cui omnia vivunt! Vita, qua das mihi vi-* *Soliloq. 1.*  
*ram: Vita, qua es mea vita: Vita, per quam vivo,*  
*sine qua morior: per quam resuscitor, sine qua peras:*  
*per quam gaudeo, sine qua tribulor! Hoc mihi tecum*  
*pactum erit, dulcissimè IESU, plene*  
*moriar mihi ipsi, ut tu solus in me*  
*vivas.*



CAP.